



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 170. Indomita Parisini populi rabies in Ancræi cadaver.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

vindictam spirante ad Regem convo- Sæc. XVII.
 lans: *quid hoc*, inquiebat, *Fili mi-Rex*, Sæc. 1617.
Ancræum Vitrius? cui Rex paucis re-
 spondit: *fecit, Vitrius, Rex mandavit.*
 His auditis Mater presso dolore conti-
 cuit. Strepebant interim omnia ter-
 rore, ac tumultu in urbe Parisina, spar-
 so in vulgus incertis auctoribus rumo-
 re, quod Ancræi proditione Rex ceci-
 disset: verum statim everso contrariis
 nuntiis figmento, incredibili, ac pu-
 blico cunctorum gaudio tota repletur
 civitas. Augebantur vero applausus,
 postquam Præco ædes Palatinas adire
 iussus, proclamaret, Ludovicum vi-
 vere, restitutam hodie Senatui liberta-
 tem, auctoritatem legibus, Regique
 Regnum: Tum enim vero festiva om-
 nium conclamatio, confusaque diver-
 sissimis vocibus concordia Regi aggra-
 tulantium, simulque mortuum Tyran-
 num diris devotentium.

§. CLXX.

*Indomita Parisini populi rabies in
 Ancræi cadaver.*

Verum inter sola maledicta, vulgique
 sannas nequaquam stetit interfecti
 Marchionis infectatio; cum enim ejus
 cadaver nocte concubia, nullo tamen
 fanebri apparatu, ad Divi Germani
 ædes

Sæc. XVII. ædes translatum, humo temere ra-
 A. C. 1617. ptimque congesta, obtegeretur, altera
 die Divo Marco sacra nonnulli pueri,
 famulique concursitantes, nefarii hujus
 hominis corpus exhumandum, atque
 in cloacam projiciendum esse vocifera-
 bantur: Convolat illico per vias &
 compita puerorum caterva, mox pro-
 miscua sexus multitudo densa ad Tem-
 plum properat, passimque tumultuan-
 tium voces & fremitus, & ferinis simi-
 les ululatus, aures, aeremque feriunt:
 disjiciunt congestum super Ancræi ossa
 aggerem, cumque primo impetu nonnisi
 vacuam offendunt tumbam, mox ex-
 clamant: *Rapuit eum Diabolus*: postea
 vero continuato labore adhibitisque pa-
 lis, manibus, imo & unguibus tandem
 refodiunt Ancræi corpus, quod popu-
 lo in ludibria certatim effuso, jactoque
 in cervices fune Sacris ex ædibus rap-
 tant eum ipsum in locum, in quo nu-
 per Ancræus patibula erigi jusserat:
 Tum vero una omnium vox: *Abi An-
 cræe in malam crucem, ad corvos, ad sur-
 cam!* moxque pedibus arte revinctis,
 raptum in sublime corpus nudum su-
 spenditur, capite deorsum jacto, pe-
 neque terram vertice contingente: fan-
 nis populi ludibriis, horrendisque male-
 dictis exponitur, illuditur nuditati, præ-
 ciduntur digiti, & aures, absecantur
 na-

nares, sævitur in viscera, nec fœdis quoque membris indomita parcit rabies: Inter ceteros vero quidam omnem humanitatis sensum exuisse videbantur, quos inter Hurtenotii, qui, ut memoravimus, Ancræi jussu nuper carnifice ministro publice suspensus fuit, famulus Heri sui mortem in Ancræi corpore ulturus, illud præciso fune in terram præcipitat, infixoque morsu discerpit, lætusque cruorem lambens, tabumque sorbens, ultione, etsi lassatus, nunquam satiatus fuisset, nisi inhumanam ejus sævitiam alternans bacchantium crudelitas interrupisset; ereptum enim ejus dentibus mutilum Ancræi cadaver ab aliis per varias urbis plateas distrahitur, inter lixas & ganeones dividitur, extractumque cor ejus ab aliis devoratur, & tandem sub eodem patibulo, quicquid de Ancræi membris superfuit, comburitur. Ita nempe Ancræus felicitatis aulicæ simulacrum in cineres, & potestatis vix non Regiæ gloria in fumum abiit.

Sæc. XVII.
A. C. 1617.

Vid. supra L.
CLXXIX.
§. 167.

§. CLXXI.

Eleonora Galigaya Ancræi uxor supremo affecta supplicio.

Paulopost quam illata esset Ancræo cædes, Vitrius ad Conjugis ejus

*Hist. du Par-
lem. 48. pag.
Gali-230.*

Hist. Eccles. Tom. LV.

Rr

Gali-230.